





1711.

1. Barkensteinius, Johannes Chris. Tafelbergus: De haereticis.
Accedit oratio de causis corruptae jurisprudentiae
(Oratio deest).
2. Martinius, Tynabius Josephus: De penis ecclesiasticis.
3. Procerus, Johannes Mauricus: De emphyteusi
4. Felzjus, Johannes Mauricus: De usu simulacrii
Villigani. tam in foro Romano quam in foro
Gallico.
5. Felzjus, Johannes Mauricus: De clandestina
desponsatione
6. Hurenberger, Johannes Moldavicus: De decimis
7. Marbachius, Ursicus: Praesertationum . . . ad L
decisiones Imp. Justiniani I. prima ad l. ult. C.
de negotiis gestis: De negotiis prosterbene domus
gestis

1711.

8. Scherzger, Johann Georgius: De ostracismo

9. Scherzger, Johann Georgius: Differentiæ aliquot
juris statutarii Argentinenſis et juris civilis Ro-
mani

10. Schrenck, Franz Nicolaus: De reconventionibus

1712

1. Proclerus, Joh. Henricus: De tumultibus rusticis
seculo XVI motis

2. Proclerus, Johann Henricus: De jure primogenituræ
et apanagii

3. Feltyus, Joh. Henricus: Ex historia Henrici Sancti
Imp. Rom. Germanici selecta quædam.

1713.

1. Feltyus, Joh. Henr.: De testibus ultimarum voluntatum
Latun.

1713

2. Feischmann, Jo. Frid: De tutela dativa pupillarum
Illustrum
3. Geping, Philippus Rinkardus: De consentibus deputato-
rum nobilitatis ... Dec. 1737.
4. Hammerer, Joh. Fridericus: De juramento calumniae.
5. Menzweg, Ludovicus Zenobius: De usuris.
6. Milet, Theophrastus: De juris dictione patrimoniali.
Gallis des droits de justice
7. Scherzias, Joh. Georgius: De juramento extra litonis
8. Scherzias, Joh. Georgius: De vindicta hominum.
9. Weidmann, Frideric. Trophus: De praescriptione actio-
nis hypothecariae

1714.

1. Boederus, Fabian Mauricus: De agrimensuris.

1714

2. Felgus, Joh. Maurus: Quaestiones quaedam de fidei
commisſis feudialibus
3. Felgus, Joh. Maurus: Ex historia Maurici Sancti
Imp. Rom. Germanici selecta quaedam.
4. Felgus, Joh. Maurus: Excerpta controversiarum
juridicarum de commodato
5. Felgus, Joh. Maurus: Controversiae quaedam
circa successiones ab intestato quoad ascendentes et
collaterales.
6. Fries, Johann Josephus: De contumacia.
7. Gabriel, Ludovicus Claudius: De impetratione legitimae
et ab intestato in Trebellianicam.
8. Helmsletter, Phil. Henr.: An status ecclesiastici aduersus
regalia tempore Francorum?
9. Humingerus, Joh. Sigismundus: De mesenterio.

714.

- Navarre, Franciscus, de: De officio judicis
Salomon, Nicolaus: In filios fideicommissos gravatos,
si relinquat liberos, tenentur ad fideicommissi
praestationem?
Widow, Conrad: Specimen processus optimas juris
Romani. Lege negligentis.

715

- Boellerus, Jo. Henr.: De senatus consulto Muc.
Domitius.
Felljus, Joannes Henricus: De benedictione sacer.
dotati
Felljus, Joannes Henricus: De rei vindicatione
Felljus, Joannes Henricus: De donatibus nuptis
causa.
Felljus, Joannes Henricus: De differentia usurarum
et annuarum reddituum.
Felljus, Joannes Henricus: De tutela materna et aviaria.

1715.

7. Feltyus, lib. Numerus: de canonicis usurae et curiae

8. Scherzinger, lib. Georgius: de legitimacione per saltu.
quos matrimonium.

9. Liberradius, lib. 1: de regum virorumque prodesse
sua pro iurisdictione valente.



1715

7. Feltes, M. Hincius: De canonicis usque ad hunc
8. Schreyer, M. Gregorius: De legitimatione per verba
quorum in matrimonium.
9. Schrederer, Lorenz: De regni vicariis qui per verba
sua perjurantur valent.





JOHANNIS CHRISTOPHORI
BARONII

HEREDITIS,
SIVE
FRIDICA

IN CORRUPTA JV.
RISPRYDENTIA



Samuel ...





16
DISSERTATIO
INAUGURALIS;

1711, 2
Continens
QUASDAM CONTROVERSIAS
DE

P. 346
F E U D I S
ECCLESIASTICIS,

Germanicè
Frumbstabs-*Lehen*

Quam
ITA DECERNENTE MAGNIFICO
JURIS CONSULTORUM

ORDINE
SUB DIVINO PRÆSIDIO
PRO LICENTIA,
Summos in utroque Jure honores & Privilegia
Doctoralia consequendi,

Solenni Censura submittet

Ad diem 11. Sept. M DCC XI.

1. h. q. f.

IGNATIUS JOSEPHUS
BARTMANN, *Berfensis.*

ARGENTORATI,
LITERIS JOSIÆ STÆDELI, ACAD. TYPOGR.



REVERENDISSIMIS,
ILLUSTRISSIMIS
ET
EXCELLENTISSIMIS
DOMINIS,

DOMINO
**ERNESTO DOMI-
NICO SALENTINO,**

Comiti in Manderfcheid, Blanckenheim &
Falckenstein, Baroni in Reipolskirch & Hohenfels,
Domino in Kail, Bettingen, Neuenburg & Dollendorff, Ecclesiæ
Metropolitanz Colonienfis & Cathedralis Argentinensfis
Canonico Capitulari, & Custodi, Venationum
supremo Inspectori.

DOMINO
**MAXIMILIANO
PHILIPPO,**

Comiti in Manderfcheid, Blanckenheim &
Falckenstein, Baroni in Reipolskirch & Hohenfels,
Domino in Kail, Bettingen, Neuenburg & Dollendorff, Ecclesiæ
Metropolitanz Colonienfis & Cathedralis Argentinensfis Canonico
Capitulari & Camerario, Per-Illustris & Equestris
Collegiæ Ecclesiæ ad S. Gereonem Coloniz
Præposito.

DOMINO
**WOLFFGANGO
HENRICO,**

Comiti in Manderfcheid, Blanckenheim &
Falckenstein, Baroni in Reipolskirch & Hohenfels,
Domino in Kail, Bettingen, Neuenburg & Dollendorff, Ecclesiæ
Metropolitanz Colonienfis & Cathedralis Argentinensfis
Canonico Domicellari.

DOMINIS
AC
PROTECTORIBUS
MEIS
GRATIOSISSIMIS

Hoc
Qualecunque Studiorum Juridicorum

SPECIMEN

In contestationem gratissimi animi

*Ob tot & tanta benevolentiae summæ
testimonia, ulterioremque mei commenda-
tionem humillimam*

Devotissima observantia

TANTIS ILLUSTRISSIMIS
NOMINIBUS

Debita

D. D. D.

IGNATIUS JOSEPHUS
BARTMANN, *Bersensis.*



DE FEVDIS ECCLESIASTICIS.

Quæstio I.

Quid sit feudum Ecclesiasticum?



Feudum aliud Ecclesiasticum
esse aliud seculare vel Laicum
docet *cap. 7. X. de Constit.*
cap. 6. X. de for. Comp. Fr.
Boquet. ad Innoç. III. lib. 2. Epist. 127. in
his enim Textibus diserte feudorum, quæ
quis ab Ecclesia tenet, alienatio prohibetur,
immo Episcopo, ex quo fuerit in Ecclesia
confirmatus, jurisdictio de feudis ipsis sub
suo iudicio cognoscendi conceditur, si
A feudum

feudum ad Ecclesiasticam cognitionem pertineat. Immo ipsa rei natura ostendit, feuda in has duas species dividi posse. Postquam enim Ecclesia bona immobilia possidere cœpit, utique probabile est, feuda Ecclesiastica etiam originem sumpsisse, cum concessio feudi in sua naturali significatione, nihil aliud sit, quam *concessio boni immobilis sub lege fidelitatis*. Hæc autem concessio, licet alienatio sit, cum consensu tamen Ecclesiæ in ejusdem utilitatem quamvis difficulter permittebatur. Itaque si bona immobilia sunt duplicis generis, *secularia* atque *Ecclesiastica*, feuda etiam erunt duplicia, *Ecclesiastica* nimirum & *Laica*.

Quid autem sit feudum Ecclesiasticum proprie sic dictum? videbimus.

Putare possent aliqui feudum Ecclesiasticum illud appellandum esse, quod Ecclesiastica persona possidet, e. g. Episcopus, Abbas, Clericus, aut Eques Ecclesiasticus, Commendator, &c. Quicquid enim est in bonis

bonis Ecclesiastici cujusdam, illud non absurde bonum Ecclesiasticum dici poterit ad exemplum peculii castrensis vel quasi, quod ideo tale dicitur, quia in militia acquisitum, ergo & feudum Ecclesiasticum nominare posses, quod in Ecclesiastica seu sacra militia est acquisitum.

Alii autem naturam Ecclesiastici feudi querere possent in causa efficiente, ut illud feudum Ecclesiastici nomine insignirent, quod datum & concessum est à persona Ecclesiastica, e. g. Pontifice, Archi-Episcopo, &c. Nam, quod feudum datum est ex bonis personæ Ecclesiasticæ, Laicum appellare quis vellet?

His tamen non obstantibus denominationem feudi Ecclesiastici ex indole ipsius boni immobilis seu mobilis in feudo improprio derivandam esse puto; videndum ergo an qualitas Ecclesiastica seu secularis ipsis bonis inhaereat. Ecclesiasticum autem dicitur, quod immediate pertinet ad

Ecclesiæ patrimonium, non quod præcise pertinet ad personam Ecclesiasticam. Itaque illa feuda dicuntur Ecclesiastica, quæ ex patrimonio Ecclesiæ alicui conceduntur, ita ut ipsa Ecclesia habeat dominium directum, Vasallus vero acquirens dominium utile, nam quia Archi-Episcopus, Episcopus, e. g. bona potest habere patrimonialia, quæ titulo successionis vel aliunde in eum devoluta sunt, duplicis generis possidere potest bona, altera secularia, altera Ecclesiastica. Ex his si feuda concedit, erunt Ecclesiastica, ex illis autem dabit secularia; Licet hodie Ecclesiasticæ personæ ob semel inveteratam consuetudinem duplicem personam representare possint, temporalem nimirum & spiritualem: temporalem ratione superioritatis territorialis ab aliquibus acquisiti, spiritualem autem ratione muneris atque dignitatis, quam Ecclesia eis tanquam animarum curatoribus, rerumque Ecclesiasticarum dispensatoribus provido iudicio conferre debet.

Quæstio

Quæstio II.

*An bonumulare oblatum
Ecclesiæ in feudum totum fiat
Ecclesiasticum?*

PLurimi sunt, qui pleraque feuda Ecclesiastica regulariter oblata reputanda esse censent, cum oblationem istam seu appropriationem partim Ecclesiis, partim monasteriis, ex pietate & cura animæ factam esse asserant, quo pertinere ait, *Schild. in comm. ad Jus Allem. Feud. XV. 13.* Jus Feudale Saxon. collectum ab *Epkowe de Repkowe Equit. Saxon. cap. I. Die Lehen-vursten haben den sechsten in den siebenden Schild gebracht, sind sie worden der Bischoffe man, des é niht en was.* Id est: *Laici Scutum sextum in septimum adduxerunt, ex quo Episcoporum facti sunt Vasalli, quod antea non fuit.*

Est autem feudum oblatum (quod alias dicitur *appropriatum, recognitum*, Germ. *ein*

ein aufgetragen Lehn) feudum, quod per
 spontaneam Domini pleni voluntatem ea
 lege alicui offertur, ut dominium utile
 maneat apud offerentem, dominium autem
 directum transeat ad eum, cui sub lege pro-
 tectionis proprietas est promissa, vel brevius:
*feudum oblatum est feudum, in quo me
 ipsum Vasallum consituo, proprietate alteri
 sub lege protectionis relicta.* conf. *Georg.
 Obrecht Tr. Feud. cap. 5. lib. 2. Bes. Thef.
 Pr. voc. aufgetragen Lehn. Struv. Synt.
 Jur. Feud. cap. VII. 10.* Quæritur itaque, *an
 Ecclesia oblatum bonum seculare fiat feu-
 dum Ecclesiasticum in totum?*

Non contemnendæ rationes afferri
 possunt pro negativa; Illud quidem extra
 controversiam positum est, bonum Ecclesiæ
 oblatum quoad partem Ecclesiasticum
 dicendum esse, cum revera dominium
 directum in patrimonium Ecclesiæ transeat,
 adeoque omnino quatenus transit, de
 Ecclesiasticorum bonorum natura participet
 secundum doctrinam in controversia præce-
 denti

denti propositam. Sed quoniam dominium
 utile ab offerente sibi reservatur, nec
 unquam in patrimonio Ecclesiæ fuit, quidni
 accurate rem hanc perpendenti in mentem
 veniret distinctio, qua dominium quidem
 directum esset Ecclesiasticum, dominium
 autem utile esset seculare adeoque feudum
 in respectu ad Dominum esse Ecclesiasticum,
 in respectu autem ad vassallum secularem
 indolem habere. Porro, cum possessio non
 mutetur, idem quoque boni oblatus maneat
 Dominus, qui fuit antea, & Ecclesia non
 tam ut Domina directa, quam Protectrix
 consideretur, merito secularis natura non
 videbitur esse in Ecclesiasticam transformata.

Penitius tamen fundamenta Juris
 Ecclesiæ competentis si examinem, bona
 in feudum Ecclesiæ oblata in totum esse
 Ecclesiastica jure dixerim.

Oblatione enim totum Jus quod habet
 in re à se abdicat verus possessor, dominium-
 que directum alteri concedendo, illud quod
 principale, quod independens est, relinquit,
 sibi

sibi autem accessorium atque à principali necessario dependens, non tam reservat, quam de novo per investituram acquirit, cujus autem naturæ est dominium principale, & causa efficiens, ejus quoque naturæ est dominium minus principale ex principali tanquam ex suo seminario descendens. Porro, qui dominium directum alteri concedit, non nudam absque emolumento proprietatem, sed Jus in substantia totius boni ita diffusum transfert, ut exercitium tantum domini utilis usque ad casus aperturæ à Lege seu voluntate offerentis determinatos suspendatur.

Quoniam ergo Ecclesia ita horum oblatores bonorum est Domina, ut antiquo possessori, sicut antea, non amplius competat sine Ecclesiæ ejusdem consensu libera dispositio, de possessione oblata vel inter vivos vel mortis causa, immo etiam, existente casu, vasalli offerentis dominium utile cum Ecclesiæ dominio directo aliquando consolidationi sit obnoxium, nullum dubium erit, in
totum

totum bonum Ecclesiae oblatum Ecclesiasticum dici posse.

Quaestio III.

An feudum Ecclesiasticum sit feudum proprium?

VTique feudum Ecclesiasticum improprium esse ipse conceptus Ecclesiae demonstrare videtur. Feuda enim in sensu proprio & quoad primam originem ideo inventa & introducta sunt, ut servitia à Vasallo praestentur militaria, in bello nimirum seu militia sagata. Jam autem quis nescit, Ecclesiam non posse armis fines suos propagare, quinimmo Petro gladium contra Malchum summi Pontificis servum stringenti expresse revaginatio injuncta est his verbis: *Qui gladium (intellige in Ecclesia) tangit, gladio peribit.* Alii 2. qualitatem impropriam feudo Ecclesiastico adscribunt eo quod feuda Ecclesiastica regulariter sint haereditaria. Haereditaria autem qualitas

B feudo

feudo non est naturalis, quia cognati & reliqui, qui non sunt agnati naturaliter tales, à successione excluduntur, ergo & ob hanc rationem feudum Ecclesiasticum improprium dicendum veniet. Imo 3. quia pleraque feuda Ecclesiastica secundum supra dicta *Judice Schilt. in Comment. ad Jus Allem. §. XIV. p. 13.* sunt feuda oblata, feuda oblata autem sunt impropria, quia feudum regulariter originem suam capere debet à Domino, non autem à Vasallo, ergo & feuda Ecclesiastica ex hoc capite impropria erunt.

Sed quia Ecclesia militaribus armis ab injuria aliorum utique defendi potest, immo secundum principia Juris Canonici Equites illi Ecclesiastici approbari possunt, qui perpetuos Turcici nominis hostes juratos sese profitentur, ut hac ratione semper existant, qui profanas profanarum religionum sordes longius repellant, non video cur feudum Ecclesiasticum non possit dari proprium. Dico, *posse dari proprium*, nam in genere affirmare velle, feudum Ecclesiasticum esse
pro-

proprium, aut dicere, feudum Ecclesiasticum non esse proprium, idem esset, ac si feudum seculare in genere vel præcise proprium, vel præcise improprium esse assererem. Quis enim nescit feudum seculare duplex esse posse, vel proprium, vel improprium, ergo à pari, feudum Ecclesiasticum erit vel proprium, vel improprium.

Qui vero ideo feudum Ecclesiasticum improprium esse opinantur, quod scæminæ in illo succedant, illi possunt sententiæ suæ refutationem audire ex controversia sequenti.

Quæstio IV.

An feudum Ecclesiasticum sit mere hæreditarium?

THummermuth scripsit occasione hujus quæstionis integrum tractatum, quem intitulavit Germana inscriptione, *Krumbstab schleußt niemand aus / id est: pedum incurvatum seu Camboca neminem excludit,*

cludit, subaudi, à Jure succedendi. Pedi
 incurvati nomine autem subintellexit inve-
 stientem Ecclesiasticum, cujus intentionem
 primavam in concedendis feudis plures
 fuisse contendunt, quasi neminem à succes-
 sione feudi Ecclesiastici excluderet. Si
 neminem excludit, foeminae, surdi, muti,
 furiosi & alii lege feudali alias exclusi, suc-
 cessionis hujus sunt capaces. Fundamentum
 autem hujus Juris laxioris ponunt partim
 in consuetudinibus Germaniae, partim in
 rationibus ex analogia Juris depromptis.
Consuetudines Germania deducunt ex
 plerisque Episcopatibus, quos allegat dictus
 Autor in *Relatione compromissi feudalis in*
causa nobilitatis Episcopatus Colonienfis
contra Episcopum & Capitulum, conf. Gædd.
volum. IV. Marburg. Conf. 37. n. 744. 794.
1077. Th. Michael apud Klok. Relat. Cam.
26. n. 86. *Rationes Juris* sunt, quod plera-
 que si non omnia feuda Ecclesiastica sint
 impropria, non data principaliter ob servitia
 militaria sed ob alia fidelitatis exercitia, &
 quod

quod feuda Ecclesiastica regulariter sint oblata. Atqui in feudis oblatis apertura feudorum difficilius decernitur, quam in datis, quia foeminae in oblatis non excluduntur.

Verum his tamen omnibus nondum convincor; fateor feuda Ecclesiastica aliquibus in locis haereditaria esse, atque illis in Provinciis, *Regulam Krumbstab schleußt niemand aus*, praesumptionem esse pro allegante, onusque probandi devolvere in adversarium, sed haec consuetudines particulares non faciunt Jus commune, aut consuetudinem Germaniae universalem. Manco ergo in Regula, *feudum, qua tale, & proprie sic dictum tantum devolvi in haeredes feudales seu masculos, quamdiu aut in tenore investitura, aut in statutis certi alicujus loci huic Regulae exceptio non est superaddita*. Quod autem de feudis oblatis dictum est, quasi Ecclesiastica feuda regulariter sint oblata adeoque mere haereditaria, illud ita absolute neque dixerim, neque ex eo consequentiam deduxerim, quae plane non cohæret, siquidem

sub quovis iudice lis est, *an feuda oblata regulariter sint hereditaria*, quam ego & quaestionem non absurde negaverim.

Quaestio V.

An à summis Ecclesiastici patrimonii Oeconomis recte feuda regalia concedi possint?

FEudum dividi in *regale & non regale* notum est. Hoc appellant, quod alicui conceditur sine regali dignitate, illud, quod confertur cum regali dignitate, regalis autem illa dignitas, includit in conceptu suo superioritatem territorialem cum dignitate Principis, Episcopi, aut Abbatis conjunctam, quaeritur jam, *an Ecclesia superioritatem territorialem talem possidere & in feudum concedere possit?*

Si Origines Ecclesiae Christianae perspicimus oppido patet jurisdictionem temporalem à Christi imperio adeo abhorruisse, ut ipse filios Zebedaei cum matre alicujus insaniae arguerit, dicens: *Ipsosmet nescire quid peterent*, postquam seculares & supremos à Christi latere honores efflagitavissent. Nec latet, Salvatorem Nostrum saepe principium hocce Auditoribus suis inculcasse, *Regnum suum non esse de hoc mundo*, immo cum inter

Apo.

Apostolos saltem ratione precedentiae lis oritur, objurgavit illos graviter hoc dictorio: *Domini terrarum regnant & nominantur Clementes, vos autem non sic*; Ex his omnibus alicui posset dubium oriri non leve, quasi contra principia religionis Christianae, immo contra ipsa Divini Salvatoris nostri effata, Ecclesiae jurisdictiones temporales sibi acquisiverint, praepriis cum hodierno juris Ecclesiastici stylo Ecclesiarum Moderatores, utique Clementissimi appellentur, jusque Majestati analogum tanquam Principes & Domini terrarum, praecunte ipso Pontifice Maximo, exerceant.

Sed his non obstantibus duplici distinctione ex gravissimis his objectionibus extricare me audebo. Nimirum *Ecclesiam* Doctores Theologi, aliam appellant *plantandam*, aliam *plantatam*. Eo tempore, quo Ecclesia & Respublica nondum coadunata fuit, quo semina tantum Ecclesiae sub Imperatoribus Regibusque Ethnicis jaetabantur, utique paupertas Christianis necessaria fuit, tanquam remedium quod eos ab omni seditionum suspicione in oculis Imp. liberaret, si enim Christianis ut Christianis permiffum fuisset ad propagandam fidem salvificam remediis violentis potentia, e. g. divitiis aut armis uti, papae! quam statim sub praetextu rebellionis primordia Christianae gentis fuissent suppressa, itaque Christus eos reprehendendo, qui pro fine ambitionem & hono-

honores exofculabantur, poffeffionem bonorum
 amplorum in fe illicitam effe non voluit, fed pau-
 pertatem præ divitiis amandam effe conftituit,
 utpote quæ faciliorem ad cælum fternit viam.
 Paupertatis ergo amorem inculcat Salvator, ut
 pauperes finus mediis in divitiis & divites in
 media paupertate, divitiarum autem odium
 eatenus præcipit, quatenus faluti æternæ iisdem
 obexponitur. Ex dictis nafcitur altera diftinctio;
 fupposito enim, Clericos bonis temporalibus non
 proterve inhiare debere, ftatim patet aliud effe
bona avaritiæ feu ambitionis caufa acquirere; aliud
vero, bona ultro à Christianis ex pietate ad augmen-
tum patrimonii Ecclefiaftici oblata ad fufcultationem
propriam & pauperum folatium accipere.

Itaque omnino peccatum effet, fi Ecclefiaftici
 patrimonii adminiftratores *priori intentione*
 divitias acquirerent, fed eos obligatos effe ad
 refpuenda, quæ offeruntur, bona nemo facile
 probaturus efft.


Quoniam autem hæ oblationes in tantum ex-
 crevere, ut juxta cum iurisdictionibus temporali-
 bus integræ provinciæ præprimis fub facilioribus
 Regibus & Imperatoribus fimul in gremium
 Ecclefia translata fuerint, non adeo inconveni-
 ens efft thefis: Feuda regalia recte ab Ecclefiaftici
 patrimonii æconomis concedi
 poffe.

T A N T U M

Strassburg, Diss. 1711-15

X 2310583





P. 346.

16
2
1711, 2
DISSERTATIO
INAUGURALIS;
Continens
QUASDAM CONTROVERSAS
DE

F E U D I S
ECCLESIASTICIS,

Germanicè
Krumbstabs-Leben,

Quam
ITA DECERNENTE MAGNIFICO
JURIS CONSULTORUM

ORDINE
SUB DIVINO PRÆSIDIO
PRO LICENTIA,

Summos in utroque Jure honores & Privilegia
Doctoralia consequendi,

Solenni Censura submittet
Ad diem II. Sept. MDCC XI.

l. h. q. f.

IGNATIUS JOSEPHUS
BARTMANN, Bersensis.

ARGENTORATI,
LITERIS JOSIÆ STÆDELII, ACAD. TYPOGR.

